678 594

Siedleckie Inquisitio

In Causa et Actione juditii vertente inter Nobilem Josephum Schmiedel Bjonowsky in Siedleckie heredem Actorem et Nobiles Valentinum Bartholomaeum Augustinum filios olim Petri Siedlecki citatos ideo quia ipsi in vilipendium securitatis domesticae sub tempus generalis bellicae [illegible] eundem de totalibus et integris bonis mobilibus et immobilibus in haereditate Siedleckie consistentibus ipsi per Nobilem Valentinum olim Gregorij Krinski jure perpetuae donationis inscriptis vi et violenter expulerunt et possessione pacifica privarunt pro decernenda inquisitione ac poena [illegible] interponenda citatibus ipsa de his latius [illegible] ro in termino ex eadem citatione ad praesens legitime provenienti Officium praesentis [illegible] contraversijs partium utrarumque Actoris et Citatorum per se [illegible] fuerint exauditis et intellectis inhaerendo assertioni partis utriusque eisdem delationem inquisitionis in bonis contentiosis per Officium praesens capitaneale certo [illegible] ex utraque parte utrum actor de eisdem bonis ad praesens est expulsus et quis eorum antea fuit possessor expediendae et indagandae dedit et concessit Et post expeditam inquisitionem huiusmodi sive non in sequentibus eiusdem juditijs diebus terminis querelantes ad ulterius ea in causa procedendum vid quod juris erit decernendum terminum peremptorium et praesentaneum Officium [illegible] ac determinandum.

Pakoslawski Infirmatur

In Causa et Actione juditii vertente inter instigatorem juditii praesentis et ipsum delatorem Generosum Christophorum Nowiadomski Rothmagistrum Parochiarum Tykocinensis Goniadzensis Raigrodensis Actorem et Generosum Albertum Pakoslawski in Nowosiolki quovis modo possessorem in vim termini tacti citatum ideo quia ipse in contemptum securitatis domesticae quae unicuique sub hoc tempus motionis generalis bellicae observanda est et in vilipendium juriam Regni et laudi terrae Bielscensis nec non metuendo poenas contra detractores proditores diffamatores et denigratores generationis conversationis et bonae famae nobilium equestris ordinis ausus est praesumptuoso ac arrogato animo eundem delatorem nunc sub tempus motionis generalis bellicae respectu securitatis domesticae animadvertendae in Rothmagistrum Parochiarum Tykocinensis Goniadzensis et Raigrodensis laudo Comitiali terrae Bielscensis electum et constitutum hominem equestris ordinis bene parentatum Reipublicae in expeditionibus bellicis multis bene meritum omni suspicionis nota carentem literis manu sua propria scriptis in vim famosi libelli diffamare verbis obscenis detrahere ac indecenter quod minime decuit nobilitare denigrare in denigrationem ortus ipsius conversationis bene meritorum honoris ac bonae famae contumeliose et ignominiose laedere machinationes struere in duellum provocare laudi terrae Bielscensis contemnere occasionem exinde tumultum et contentionem ac violandae securitatis domesticae praebere, prout id literis manu eius propria

5 8 400

scripti probationem ad videndum et audiendum super ipso pro ac tali
hujusmodi temerarii animi tam scripti libelli famosi obiecti
nominis, honoris denigrationis depositionis una cum renovatione
peragenda quam respectu diffidationis ac in duellum provocationis
et contemptum banni publici contra Regni diversarumque (?) constitutionum
poenas inde obtinendam decerni et extendi idque quod juris erit statui pro
petiverat ipso de his latiore Officii ipsius laudi Capituli Cracoviensis in prae-
sentia sessione judiciali Actorem post certas partium controversias immediate
judicii huic introductas super causa hujus adimento citato procedendi
annuentes In procedendo autem quoniam actor tractet ut se ad com-
probationem et confrontationem scripturae literarum quod manu citati
propria scriptae sint et insuperabundanti id inquisitione docere intendit
debet ideo ad effectuationem ipsius dilationem ejusmodi comprobationis
et inquisitionis ex utraque peragendae ad sequentem sessionem judicialem
concesserunt et termino partibus utrique ad exequenda juridica ulterius
coram se juridice procedendum peremptorie et peremptorium consignarunt
prout hoc idem decretum de juridicis latius obloquitur. Hodierna itaque
in termino vigore juridicorum in modernos terminos legitime devolu-
tae consignata partibus ipsis utrisque Actore per se, citato
vero per nobilem Christianum Casimirum Kungowski comparentibus
et terminis attentantibus ac mutuis controversiis inter se desuper
Officium ipsius laudi Capituli Cracoviensis continuis partium utriusque pro-
pediem exauditis et debite intellectis Actori attento quomam Actor
satisfaciendo dilationi sibi concessae ad confrontationem literarum
in vim famosi libelli scriptarum rationem quamquam res est produxit
et similia scripta manu eadem Generosi Pakosławski scripta praeterea
et ad expediendam inquisitionem et testes praestito corporali jura-
mento in facie Officii huius super non corruptionem partium statuit quod
testimonia et depositiones Officii quamlibet illorum testimoniales examinandos
examinandis conscripsit et coronavit ac partis interesse in oculatu
rotulo extradi fecit ideo ipsius actorem satisfecisse dilationi censuit
Ad repositionem vero plenipotentis citati eidem citato dilationem ju-
ridicam verae infirmitatis ad sequentem sessionem judicialem
proxime celebrandam quam in suo juramento corporali duobus
testibus iuxta praescriptum statuti prout in eis quaerendo eius nuncius
et plenipotens reportabat vera infirmitate a Deo in ipsum permissa
detentus erat comprobare tenebitur dedit et concessit Ac ter-
minum in eadem sequentibus judicii ad exequenda juridica ulte-
rius coram se juridice procedendum ac id quod juris erit decernendum
partibus utrique peremptorie et peremptorium praefixit et consignavit.

Inter eosdem — Decretum

In Causa et Actione judicialiter vertente inter Generosum judici praesentem et
ipsius Actorem Generosum Christophorum Niewiadomski Nothariusum (?)
Parochiae Sphocimensis (?) Gorzycensis Reigradensis Actorem et Generosum Albrachtum